



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 9. Circa Immunitatis Templorum Effectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

213
Exclusi
non sunt.
Non sunt exclusi. Quia crimen hoc nec in Bulla Gregoriana, neque alibi excipitur. Ita Gutier. prael. qq. civil. l. 3. q. 4. per totam. Farinac. append. de immunit. c. 6. n. 9. 1.

214
Cum his
opinor.
Cum his sententia parum aut nihil probabilis in contraria sententia agnoscens. Quia absolute qui fabricandae falsae monetae dat operam, non gerit publicum latrocinium, cum non fiat cum violentia, & publicitate. Nec item est crimen laesae maiestatis in ipsiusmet Principis personam, sed in eius statum, ac proinde non est ex criminibus exceptis.

DVBIVM LIX.

An delinquentibus in criminibus exceptis proest immunitas Ecclesiae quoad alia crimina non excepta?

215
Sacer
nullius
QVæstio est, num homicidæ proditorie (v. grat.) proest immunitas quoad crimen adulterij, stupri, simplicis, furti, &c. ita ut extrahi non possit ad horum punitionem? Et procedit dubitatio, quando Iudex non intendit punire homicidium: nam si illud punire intendat, & ob illius causam rem facio extrahat à loco, certum est tunc reliqua crimina posse puniri; quia tunc non censetur delinquentem extrahere à loco sacro ob alia crimina; sed iam iuste extractum punit. Quæserim igitur, an si sola crimina Iudex non excepta intendat punire, reo proest Ecclesiae, & qua extrahitur, immunitas?

216
Non pro
dest.
Non prodest, sed potuit Iudex delinquentem à loco sacro extrahere. Quia ob aliud crimen exceptam, quod commisit, absolute immunitas est privatus. Sic quidam Doctores, quorum sententia videtur haud omnino improbabilis.

217
Indef
quidem.
Prodest equidem nec potest extrahi, ac puniri. Quia poenales constitutiones immunitatem Ecclesiae derogantes accipiendæ sunt in rigoro, ac formali significatione. Ergo constitutio excludens delinquentem ab immunitate aliquibus in casibus accipienda est in formali, ac propria eius significatione sine vilo ad alia crimina non excepta respectu. Ita dec. tract. crimin. l. 6. c. 26. num. 6. Farinac. de carc. q. 28. n. 67. Bonac. præc. 1. Decal. d. 3. q. 7. §. 4. n. 23.

218
Hoc verum
omnino
Hoc verum omnino. Nam si constitutio excludens in aliquibus casibus delinquentem ab immunitate accipienda est in formali ac propria eius significatione: Ergo solum comprehendit delinquentes illos in criminibus exceptis, quatenus tales sunt, hoc est, quatenus talia crimina commiserunt. Igitur quoad alia crimina gaudent immunitate.

CAPVT IX.

Circa Immunitatis Templorum Effectus.

DVBIVM LX.

An qui blanditiis, ac dolosis verbis inductus à loco sacro exiit, sit ei restituendus, vel capi posse?

219
Nonnulla
præmitto.
PRÆMITTO, primum, & præcipuum immunitatis effectum esse, non posse à loco sacro extrahi inuitum, & contra Ecclesiae voluntatem. Textus expressus in leg. 2. C. de iis, qui ad Eccles. confug. & in Cap. Inter alia, de immunit. Eccl. Cap. Frater. Cap. Reum. Cap. Definuit. & alij. Dixi Inuitum, nã si ipse liberè exeat, sic egressum poterit secularis Iudex capere. Quia immunitas personis conceditur ratione loci. Porro extractus per violentiam restituendus est, quia omnis violenta extractio est nulla, & reo præiudicare non potest. Quæserim verò, an si blanditiis, ac dolosis verbis inductus à loco sacro exiit, sit restituendus, an capi licet & valide possit?

220
Restituen
dus est, nec
capi potest.
Restituendus est, nec potest capi, quia huiusmodi extractio violentiæ æquiparatur. Sed extractus per violentiam restituendus est. Ergo. Sic nonnulli, quos pressio nomine memorat Castro Palao. tom. 2. d. vni. de Templor. immunit. pun. 11. n. 3.

221
Non est
dici non potest, violenter fuisse extractum: Non est blanditiæ enim & dolosa verba violentiam non inferunt sola autem violentia extractio, sed illis in iuribus prohibetur. Ita Decian. tr. crim. potest capi. in l. 6. c. 26. num. 11. Farinac. append. de immunit. c. 19. n. 302. Suar. to. 1. de Relig. l. 3. c. 18. num. 2. Fagund. l. 4. de præc. Eccl. c. 4. num. 56. Bonac. præc. 1. decal. d. 3. q. 7. §. 2. n. 6.

222
Hoc longe
probabilius.
Hoc longe probabilius esse reor. At si Iudex punitionis impunitatem reo promittat, & sub hac promissione à loco sacro exeat tenetur sua promissione, quia Reas. Quia privilegio immunitatis cessat pro securitate à Iudice promissa. Mecum Nauar. sum. c. 25. num. 22. Farinac. de carc. q. 8. l. n. 281.

DVBIVM LXI.

An in casibus non exceptis possit Prælati Ecclesiasticus facultatem imperire, ut, qui ex Ecclesia ad quamvis confugit, à Iudice seculari extrahatur?

223
Quæstione
Præm.
HAnd dabim, quin in casibus exceptis possit Episcopum hanc facultatem exhibere, ut delinquens ex Templo extrahatur.

DVBIVM

D V B I V M L X I V.

An extrahentes indebitè delinquentes ab Ecclesia possit pœna pecuniaria de iure Canonico imponi?

235. Nonnulla *suppono.* Cettum est, extrahentes delinquentem ab Ecclesia iniuste, culpam mortalem perpetrare, & multiplicem pœnam ex iure Canonico ac civili incurtere. Nam ex iure ciuili pœna capitali puniuntur leg. *Præseni, Cod. de iis, qui ad Eccles. confug. ibi: Pœna: capitali, & ultimi supplicij animaduersione plectendū.* Quia hoc crimen lætæ maiestatis reputatur, & diuinam Maiestatem offendit, qui eius domum profanatur, & violatur: & Pontificis viurpat iurisdictionem *Clar. præst. quæstion. 6. 8. Farinac. de carcerib. quæst. 2. 8. num. 2. Suar. tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 1. 3. num. 7.* Verum hæc pœna non videtur usu recepta. Porro de iure Canonico an pœna pecuniaria possit illis imponi quæserim?

236. Non potest. Quia iam huiusmodi pœnæ imponendæ potestas est antiquata. Sic plures Doctores, quos refert, ac sequitur Decian. tractat. crimin. l. 6. capit. 2. 8. el. 2. numero quart.

Potest profecto. Quia per Tridentinum sess. 25. cap. 20. & per Bullam Gregorij omnes pœnæ in antiquis Canonibus lætæ aduersus immunitatis violatores renouantur. Ergo antiquata non est hæc imponendi pecuniariam pœnam facultas. Ita Tuschus v. *Ecclesia concl. 8. n. 11. Farinac. de carcerib. q. 2. 8. num. 5. Bonac. præc. 1. Decal. d. 3. quæst. 7. §. 6. numero 5.*

238. Hoc asserendum existimo. Nam præterquamquod à Concilio, & à Gregorio XIV. omnia antiqua decreta ecclæ immunitatem innouata fuerint: hæc pœna efficacius Ecclesiæ iniuriæ satisfecit, si ad eius cultum pecunia applicetur, vt iure applicari debet. Ambros. de immun. c. 1. §. n. 1. & 2.

D V B I V M L X V.

An extrahentes indebitè reuerti ab Ecclesia ex constitutione Gregorij incurrant excommunicationem ipso facto?

239. Nonnulla *promitto.* Præter pœnam illam pecuniariam, & pœnitentiam publicam imponendam, excommunicationis pœnæ Iudices extrahentes ab Ecclesia delinquentem debite feriuntur. Cap. sicut antiquis. Cap. Frater. Cap. Definuit, & aliis. In quibus tamen textibus non est excommunicatio ipso facto lætæ, sed ferenda. Vnde spectato iure communi plures Doctores censent, nullam censuram huic crimini asse. Escob. & Monod. Theol. Mor. Tom. VII.

annexam. Suar. tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 1. 3. numer. 7. Socin. Turrecrem. Goffred. & alij relati à Farinacio append. de immun. cap. 20. numer. 3. 12. Solam est difficultas, num ex Gregorij constitutione hæc excommunicationem sic reum extrahentes incitant?

Non incurrunt ipso facto excommunicationem. Quia in ea constitutione dicitur. Non incurritur. Quod si quis quouis prætextu quidquam præter, aut contra huius nostre constitutionis reformationem attentare præsumpserit: declaramus eum ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores per sacros Canones, Conciliorumque generalium, & nostrorum prædecessorum constitutiones sunt promulgatæ. Ex quibus verbis solum constat, hos violatores incurrere excommunicationem, si per sacros Canones, & Concilia lætæ fuerint. At cum nullibi lætæ sit excommunicatio ipso facto ex Gregorij Bulla non videtur incurrere. Sic nonnulli, quorum sententiam probabilem esse docet Casto Palao s. 2. d. vni. de Templ. immun. punct. 12. numero 3.

Ipso facto excommunicationem incurrunt. Quia verba illa constitutionis ipso facto aliquid operari debent, ne dicamus inperflue esse apposita. At si excommunicationem ipso facto non inferunt, nihil operabuntur. Nam in Capit. sicut antiquis 17. quæstion. quart. & in aliis textibus excommunicatio ferenda iam habebatur. Ita Palao citatus. Farinac. append. de immun. cap. 20. a numero 3. 13. Marian. Italus de immun. l. 1. c. 6. §. 2. n. 29. Bonac. præc. 1. Decal. d. 3. q. 7. §. 6. n. 5.

Hæc sententia mihi longè est probabilior. Nam Pontifex dicit, hos violatores ipso facto incurrere censuras aduersus violatores immunitatis à sacris Canonibus promulgata, sed est promulgata censura excommunicationis aduersus eos: Ergo eam ipso facto incurrunt. proferendū ita declaratum fuisse à Clemente VII. & à paulo V. à sacraque Congregatione citati Doctores affirmant.

D V B I V M L X V I.

An Episcopus possit ab excommunicatione, quam extrahens iniuste delinquentem à loco sacro contrahit absolueret?

Non potest Episcopus, sed pontificis s. o. Episcopus n. est, ab hac censura absolueret. Quia non potest in Extrauag. Pauli II. de pœnit. & remis. absolueret. sionib. cap. 3. inter extran. communes inter casus sedis Apostolicæ reseruatos apponitur offensa Ecclesiasticæ libertati facta. Et in decreto Clement VIII. prohibetur quibuscumque confessariis absolutio plurium casuum sedis Apostolicæ reseruatorum, & præcipue in casibus contentis in Bulla Cænz Domini apponitur casus violationis

Immunitatis

immunitatis ecclesiasticae in terminis constitutionis Gregorij XIV. quod decretum fuit à Paulo V. innotuit, illius quoque meminit Quercanus sum. Bullar. i. Glossa casus referent. Et declaratum est à Sacra Congregatione Concilij interpretibus anno 1617. mense Decembri. Sic Fatinac. append. immunit. s. 20. n. 315.

²⁴⁴ Potest Episcopus, & quilibet confessorius ex illius facultate ab hac excommunicatione absolvere, casu quo fuerit incursus, quia nullibi invenitur summo Praefati reservata. Ego Ordinarius conceditur absolutio ex cap. nuper, de sent. excommunic. Ita Marcus Anton. Genuent. praef. cap. 22. à numero tertio Bonac. praef. 1. Decal. d. 3. questione 7. §. 6. numero octavo Palao i. no. secunda d. uni. de Tempior. immunit. pun 12. num 7.

²⁴⁵ Hanc sententiam reor esse probabilior. In cuius robur propositionem illam: *quia nullibi invenitur reservata* veram esse ostendam. In Extravag. Pauli II. solùm reservatur generaliter libertatis ecclesiasticae violatio, sub qua in rigore immunitas non comprehenditur quia libertas reservatur ad personas, immunitas ad loca: & ideo censura lata contra libertatis ecclesiasticae violatores, violatores immunitatis minime comprehenduntur Covard. secund. var. cap. 20. numero primo. Villagutier, de excess. legum, c. fin. numero tertio. In decreto autem Clement. VII. nulla est huius censura, vel criminis reservatio: sed solum ibi interdicitur, quibuidam confessoribus, ut virtute privilegiorum à sede Apostolica concessorum, ab illis casibus absoluant, & ab aliis ab Ordinario reservatis. Unde in illo decreto non intendit Pontifex Ordinarius potestatem minuire, sed potius augere, & promovere: cum solum tollat privilegia absolventi à criminibus, à se concessa; alias nec poterit Ordinarius absolvi ab excommunicatione ob clerici percussorem. Minus verum est, quod de Bulla Coenae Domini dicitur in illa enim non fertur censura aduersus immunitatis violatores, sed libertatis, & non cuiuscunque, sed speciales. et licet in Bulla Gregorij dicatur, violatores immunitatis ibi praescriptae merere ipso facto censuras

laas contra libertatis, iuris, & immunitatis ecclesiasticae violatores illis nominibus libertatis, iuris & immunitatis idem expromitur, & claritatis gratia apponuntur. Plura mitto.

DVBIUM LXVII.

An in casibus non exceptis tradendi sint à Clericis iudici seculari delinquentes, recepto prius iuramento de poena corporalis securitate, si repugnent ipsi delinquentes?

²⁴⁶ Etiam si repugnent delinquentes tradendi sunt, quia ita praescribitur in cap. *Tradendi*, 17. questione 4. & ibi Gloss. sum. & Archidiacon. Sic suar. como primo de Reliq. l. tertio cap. 13. post numerum tertium Azor. p. secunda l. nono cap. 9. questione 10. Sylvest. v. immunitas 3. numero quarto Alexand. cons. 415. numero 3. lib. septimo Villagutier, de excess. legum, c. fin. à numero octavo usque ad 14.

²⁴⁷ Minime possunt delinquentes tradi, si repugnent etiam praestito de securitate iuramento, quia in illis casibus gaudet immunitate, sed immunitas in eo consistit, ut non possit quis innotas ab ecclesia extrahi, ac iudicari. Ego Ita Abbas ad cap. inter alia, de immunit. eccles. Fatinac. append. de immunit. vlt. n. 344.

²⁴⁸ Hanc sententiam sequendam esse credo, cuius ratio indubitanter procedit in terminis Gregorianae constitutionis: in qua solùm in casibus exceptis extractio permittitur, & in casibus non exceptis omnino negatur. Quare quae hactenus dabimus, spectato iuris Canonici rigore, & Constitutione Gregoriana diximus; non enim agimus de consuetudine, & privilegiis quae fortassis alicubi indulta sunt; neque audemus iura privata sive Principum sive nationum, quibus pro doctrina hactenus à nobis tradita, nihil declaratum esse exiit manus, neque detrahi volumus.

SECTIO